Acclamationes feſtivæ, votivæq;

NUPTIIS

Venerandi, pietate doctrináque ſpectatiſſimi Viri-Juvenis, Dn.

M. JOHANNIS EBERKEN,

Paſtoris ad Jmpieral: Vlmam Jungingenſis; Et

Lectiſſimæ virginis,

BARBARÆ KUNLINÆ;

CELEBRATIS IN PATRIA, a. d. X. Septembris,

Anno Redemti Orbis, CIↃ IↃCXXII.

FUSÆ, EDITÆQUE, A PATRONIS, AMICIS, SYMPATRIOTIS.

Vlmæ Suevorum

Exſcriptæ typis JOHANNIS MEDERI

ANNO M. DC. XXII.

AD
BIBL. UNIV.
MONAC.

Universitäts-
München
Bibliothek

Lectiſſimis Sponſis,

M. JOHAN. EBERKENO, ET BARBARÆ KÜNLINÆ.

S. P. P.

I.

Dum gentes agitat fremens Enyo,
Uſque & uſque acies modò has modò illas
Cogens innumeras queri ruinas,
In ſortem nihilominus Diones,
Tu Venuſte ruis novelle Sponſe?
Unde iſtic animus? nec altera obſtat
Eniûs ſoror, undiquaque menſas
Nunquam ſat lacrimabili ambedens vi:
Unáque aureoli fluenta Bacchi,
Succum, quo madidi pii poetæ
Trans ipſum Oceanum volare poſſunt,
Verſibus quaſi noctuæ levati,
Strictâ diſtribuens nimis dyotâ?
Bonum factum, ais? Imò ais, Johannes.
At momenta tui probato facti!
RAPIT DUM GENERIS PROTERVA NOSTRI
BELLONA INNUMEROS HOMUNCIONES:
A MEQUE, A RELIQUIS ITEM PROCORUM,
RESTAURATA VIGEBIT INCLUTA ÆTAS,
AT PUNIRE CERES QUOD ET LYÆUS
MINANTUR, TENUI DOCEMUR IN RE
INTENTAM SUPERIS HABERE MENTEM,
O factum rationibus politum!
At tu, quod facis, hoc fac, ô venuſte,

N unc ſtatim œconomum profeſſe frugi!
N unc fac, quod facis! Annus hic, rogabo,
E x voto ut tibi currat: alter ille,
S i felix fuerit, Dii audiemus,

In Laconico exſudabat V. Sept. Anno qui
notatur Acroſticho, Senario Cata:
DUCIT VENUSTUS BARBARAM JOHANNES.

M Ioh. Baptiſta Hebenſtreit. A. Gymn. Vlmani Rector, & Prof. Publ

II.

LUCIA quando nocte producta diem
Anno hocce corripiet, ſuas ſol annuus
Confecit omnes ſeptimâ metas vice
Marita SACRA cùm celebrarem & meâ
Cū BARBARA tori involucro involverer
Memini heic EBERKENE, ô amicorum optime!
Primum fuiſſe te loco & merito tuo,
Feſtivitati qui meæ Alcæâ lyrâ
Pulcrè accinueris atque votivo meas
Metro bearis laude cùm tuâ faces
Idem ut tibi præſtem paranti nuptias
Cum BARBARA tuâ, unione virginum,
Cum BARBARA tuâ; meæ cognomini
Jure exigit ſuo lex GRATITUDINIS.
Sed quid tibi accinam? tuum quo Carminis
Torum irrigabo rore cùm mihi nuperæ
Quas menſe proximo bibi acidulæ, meam
Amaricaverint venam poeticam?
Hoc unicum accinam, hoc vovebo & unicum.
Tum Vive ſuaviter tuâ cum BARBARA
Quam vivo ſuaviter mea cum BARBARA

Et

Et ex tua Dialectica ſcientia,
Fac Syllogiſmos plurimos in Barbara,
In quantitate quales eſſe convenit
In qualitate quantos eſſe condecet.

Ευχραδίας E
Deprop. 9. Sept. Anno 1622.

M. Joh. Philippus Ebelius Gieſſ. Gymnaſii,
Ulm. Prof. & claſſium Conrector.

III.

QUando piè obſervas, doctiſſime SPONSE, beatum
Diſponente Deo, ſcandis ubi thalamum:
Si mihi non ego, quis mihi? cum quoque mîmet ego ipſe
Quidnā ego, ut Hillel ait? quādoq; ſi modò nō?
Gratulor his cœptis, paucisque ea vota repono,
Quæ ſemel ut rata ſint ipſe Jehova velit,
Una fides, ſpes una, & amor vos unus adunet,
Quos nunc unanimes copula ſancta ligat.

Sincero affectu f.

M. Vlrichus Schmidt Ebr. Græcaq; Ling. Prof.
& V. Cl Præfectus.

IV.

ARdua JANE via eſt, quam nunc ingreſſus, & hujus
Semita dura nimis fit mihi ſæpè timor,
Sed quo fata vocāt cōfidenti pede eundū
Hinc acclambo: tu prior ito, ſequar:
BARBARA ſic tecum ſocialis impleat annos,
Gaudia ut irrigui fluminis inſtar eant.

Beni omini F. [illegible]

M. David Gu[illegible] Eccl[illegible]
[illegible]

V.

PARODIA
ODÆ V. Lib. IV. HORATIANÆ.

MUſis doctè bonis, optime Palladis
Cuſtos artis, amas non adeo diu
Ad juſtum thalamum præpropere patrum
Sano conſilio, veni.

Lucem redde tuæ Mas nove BARBARÆ
Inſtar roris enim baſia ubi tua
Mulcent ſponſulam, erit gratior is dies,
Et noctes melius trahet.

Ut matrona virum, quem Deus arduis
Helleſpontiacum cis mare præliis
Pugnantem ſpatio longius annuo
Dulci diſtinet â toro,

Votis ſollicitis, & precibus vocat
Campis humida nec lumina demovet:
Sic deſideriis acta jugalibus
Quærit BARBABA conjugem.

Dives dos igitur veſtra cubilia
Ditet; Proſperitas almaque Fauſtitas:
Pacatumque aurea pax per thalamum volet:
Culpari metuat Fides:

Nullis litigiis veſtra domus cluat:
Sed rixas lenitudo edomat impias.
Laudetur tenerâ prole puerpera.
Uxor læta cubat comes,

Nec partum paveat: nec rabidam famem,
nec

Nec, Germania quas horrida parturit
Cædes, incolumi conjuge: nec vagæ
Sortis curat ineptias.

Condat quiſque Deum cordibus in ſuis
Et vitam numeros ducat ad optimos
Hinc ad regna poli lætus eat piis
Divis te annumeret Deus.

Te multa prece, te proſequimur bono
Fuſo pectore voto: & maribus tuum,
Miſcemus titulum. noſtra ſit ultima,
Votorum optio, Dicimus

Longas ô utinam Mas nove ferias
Præſtes Androphilæ. Dicim[9] integro
Sicci mane, die. Dicimus uvidi,
Cum ſol oceano ſubeſt.

Amica affinitatis E.
M. VVolffgang Bachmajer Vlmenſis.

VI.

EPIGRAMMA
Ad nomen Sponſi & Sponſæ alludens.

S*Ponſe* Audax *ut* Aper *cum ſit tibi nomen avitum*
Audac l'am*que ſones nomine Sponſa, tuo*
Si res nominibus reſponderit, hercle reducet
Audax Japeti *veſtra propago* genus.
Aut tuus atque tuæ [magis ominor] improbus auſus
Audacem, *ſobolem non ſine laude dabit*
Scilicet exemplo patris quæ audacter in hoſtes
Irruat infenſos optime Chriſte tibi.

Adju-

Adjuvet audaces divina potentia ſponſos
Atque hos omnigenâ commoditate beet.

Ελεόϛοιχον

ArDet EberkenIo ConſtrIngI Barbara *ConCors*
SoL VbI LanCeDIes noCtIbVs æqVIparat.

M. Johan. Saxo Ulmenſis.

VII.

NON benè conveniunt: non ſede morantur in unâ: (pudicitiæ
Liſq; eſt cum formâ magna
Hactenus hæc, ſed Sponſe tuam ſi cernere Sponſam,
Illis contigerit, talia verba dabunt.
Hic benè conveniunt: hic ſede morantur in una:
Hic lis cum formâ nulla pudicitiæ.

M. Rudolphus Breunle F.

VIII.

A*Nvidiſtis* Aprum, *nunc dicite quot-quot adeſtis* [*agro!*
Cujus dens flavo non metuendus
Novi ego; quodq; minus credas ſudor⁹ arabit
Annuo ut hinc ſpatio meßis eat gravida!

Aliud.

A*Spera hyems reditura brevi dum ligna parare*
Nos jubet, ut ſubeat clauſa hypocauſta calor,
Iſthæc cara nimis Neonympho ligna videntur
Et mens eſt artus urere virgineos!
Vre: ſed heus cineres gliſcentes menſe noveno
[illegible]

[illegible]

X.

OMne feret punctum ſexúſque dec⁹ ſequioris [putans:
Fœmina, amore viri nil pri⁹ eſſe
Ergo age amato virum, ſit prona & amica voluntas,
Nupta nihil potius quo virum honoret habet.

F. *M. Daniel* Staiger.

XI.

S*Pes jubet eſſe bonis animis, & dura ſe-veri* [*modum.*
Tempora ſolatur Martis adeße
Nunc duo conveniunt non convenientia ſexu
Vt nec diſingi nocte dieq; velint;
Nunc duo conveniunt, nec ſe penetrare recuſant,
Vt ſint, quod DOMINI *lex monet, una caro.*
Barbaries & amor fædus pepigêre, quid obſtat
Quo minus adſumant otia Bellum & Amor.
Barbaries & Amor fædus pepigére, ſupremum
Numen ut æternet pacta peracta precor.

F. Joh. Georgius Viola Ulmenſis

XII.

COpula conjugij res afflictiſſima facta eſt [ad interitũ,
Tempore quo pronus mundus
Sed ſi ſponſatis maneant duo pectora in una
Conſolidata fide, res bona nulla magis.

Ergo

Ergo ſponſe precor Dî firmo glutine veſtros
Conjungant animos: ſic tua ſalva ſatis.

A. E. T.

David Deibler Ulmenſis

XIII.

IVcunda cujus brachia eburneæ
Des Sponſe cervici: venit entheis
Virgo labellis: purpuráque
Picta genas Tyria venuſtas
Nimfam comarum Cypridos æmulam
Sacro tibi connectit Hymen toro:
Hymen daduche hæc fauſtitate
Pacta bea numeroſiore
Et conjuges hos euge Dieſpiter
Diduc in annos Neſtoris inclyti;
Vivantque alacres: ſit propago
Pignore fœta frequentiore.

Intemerato affect. p.

David Gutter Ulmenſis.

VE-

XIV.

VENERANDUS, PIETATE DOCTRINAQUE SPECTATISSIMUS Vir-juvenis Dominus Magiſter Johannes Eber-cenus Paſtor ad Ulmam Jungingenſis, & lectiſſima Virgo, BARBARA CUNLINA; Neonuptæ.

ANAGRAMMA.

NOn Prema; ſeu Pertunda minus; Ju-
nóque recincta; [juvat:
Ductibus æthereis res ubi cepta,
Pignora gignuntur venerandi limina lecti,
Immenſè ingenuos ſors ſatis aſſa beat:
O Dis almas!

DIES; MENSIS; ANNVS.

Vt Denos SepteMber eqVos ferVenter agebat,
Barbara Eberkeno IVnCta benIgna toro.

Ita ſub ipſo prælo animitús vota exerera
σχεδιαζόμενος vol.

Paulus Storckerus Trachenbergenſis Sileſius.

FINIS.